HIERONYMUS
Salzburg, Ende 11. Jh.
Seite 111v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uiuit uxoris. Dies me deficiet. si uincula quę ad baptismi potentiam pertinent
de scripturis sacris uolucro digerere. & natiuitatis sedis immo in xpo primę
ponere sacramenta. Ante quam dictandi finem faciam. iam enim me intellego men
suram excedere epistolę. uolo superiora capitula iiqb. futuri episcopi uita describi.
ut si exponere. ut apostolus non inuenit uxoris elogio. si in omib. quę papa
doctore gentium suscepiam. Simul obsecro ne qs me in suggillationem istis
temporis sacerdotum scripsisse quę scripsi existimet. si in ecclesię utilitatem. Ut
enim oratores. & philosophi describentes. quales audiunt esse perfectum oratorem
et philosophum non facunt iniuriam demosteni et platoni. si res ipsas absq. p
sonis definiunt. sic in descriptione episcopi. & in expositione quę scripta sit
qsi speculum sacerdotii proponitur. Iam in potestate est scientia singulorum
quales se ibi aspiciant. ut et dolere ad deformitatem et gaudere ad pulchri
tudinem possint. Si qs episcopatum desiderat. bonum opus desiderat. Opus non dig
nitatem. laborem non dignitas. opus quod humilitate decrescat. non intumescat
fastigio. Oportet eum episcopum inreprehensibilem esse. Idipsum quod ad uitam. si qs est
sine crimine. omnes uirtutes in uno sermone comprehendit. & pene rem com
natura exigit. Si enim omne peccatum etiam in otioso uerbo reprehensione dig
num est. qs est illo qui absq. peccato id est sine reprehensione uersetur in mundo.
Si futurus pastor ecclesię talis dignitur. ad cuius comparationem recte grec cęteri
nominentur. Definiunt rhetores oratorem. quod sit uir bonus dicendi peritus;
Ante uita. sic lingua irreprehensibilis quaeritur. ut doctus merito suscipiatur.
Idem enim auctorem rhetorem dicendi. cui sermo opere destruitur; Vni uxoris uirum.
De hoc supra diximus. Nec autem admonemur. ut si uni uxoris uir etiam ante bap
tismum quaeritur. cetera quoque quę praecepta sunt ante baptismum requiramus. Neque
enim capiant uniuersa per baptismum. Unum hoc mandatum intellegere ante
baptismum; sobrium siue uigilantem; νηφάλιος quod utrumque significat;